Quaestio Medica Quodlibetariis disputationibus agitanda In Scholis Medicorum die Jovis 30° Januar. Sulpitio Rigaut D. med. disceptat. prudentiss.

An facultas à Temperamento?

Corporis humani ἐντελέχεια anima est Cui Jam Constrato Calitus Infusa Ita Illud absoluit ut eadem videlicet quae primum Iuvam sibi subiiciat, ad perfectionem Complectatur Scita unica quamvis una simplexque sit, multis tamen se prodit actionibus quas partim ab illa pendent partim à Corporis quod sunt eius Instrumenta. Siquidem anima quae per totum Corpus diffusa est actionum, et operum omnium Causa quidem est principalis, sed pro partium et Instrumentorum varietate dicta obit munia, Et In Cerebro actiones animales In Corde pulsus, In Hepate Causa fit tantum haematoseos quia propriam habent partes Illas ad Illa munera obeunda Constitutionem.

Facultas ergo à qua provenit actio vis quaedam est partibus Insita per quod agunt Id quod agere natae sunt. ac siquidem proba temperie praeditae sint, strenue suum quaeque munus obeunt: sin minus quanto maior est Intemperies tanto deteriores actiones reddit. Neque unius error ab altera corrigitur. Sic Ventriculi segnities omnem confusionem parit, frigiditas Jecoris hydropem, Lienis augmentum tabem, testium attritio, vel exsectio effoeminationem, Cordis aestus febrem, Cerebri siccitas melancholiam, quarum omnium partium morbi congeneres dissentaneis minus sunt periculosi, tantumque reducunt ad naturam postulam, quantum ab eadem recesserunt.

Partes Principes cum tres sint operibus distinctas reliquas omnes gubernantes, totidem genere facultates In Iis residentes esse oportet. Prima est et tempore est naturalis viventium omnium Cordis, et Reliquarum Basilis quas à proprio Calido humido ortu primo per venas cum sanguine 4 humores complexo et spiritu naturali In partes omnes influit. tamen et Iis quadam nec regunt, nec reguntur. huius tria sunt munera, Nat. Ipsi Ubero procreando et animato utrinque; parentis semine morborum Insitorum fomite, editum In lucem ad Certum usque tempus augendo, et alimentis triplici Coctione praeparatis nutriendo. quod postremum vacat numquam donec morte obrepserit. Cum enim viventis corpus Scita spiritu diffluat, vi aeris et Insiti Caloris, Nutrix aliqua facultas fuit Necessaria quae per alimenti ὁμοίωσιν quod perficit quatuor aliarum facultatum singulis partibus Insitarum ministerio [illegible], siccique et fluori aequalem substantiam reponeret.

Naturae opus est motus Cordis ad eius refrigerium Comparatus. Cor enim vitalis est ut nobilissimum Ita calidissimum spiritus vitalis et Caloris Innati principium quo vegetantur partes omnes reliquas, satisfacit Coniecturam. huic triplex Inest facultas vitalis à naturali distincta Caloris nativi moderatrix quo tanquam vinculo Corporis anima Connectitur, pulsifica Cordis et Arteriis quia duplici motu diastoles, et systoles eiusdem Caloris temperiem conservat Cui opitulatur respiratio quam animalis. Irascibilis quae pro Cordis Robore varia excitat pathemata quatenus tamen ratio obiectam Commotionem spirituum astineat.

Functionum animalium sedes et fons est Cerebrum licet temperamento frigidum humidum à quo per nervos vis sensifica non sine mora ad sensoria diffunditur, quae si probe temperata fuerint circa propria obiecta minime falluntur, aliquin vitiata organum saepe decipitur. Motrix facultas durioribus nervis utitur, nec tamen sine Musculis operatur. Ea Intendum languescit manente sensu, veluti contra stupet sensus persistente motu Idque organorum Intemperie. principes denique facultates per totum Cerebrum fusas tanto magis elucescunt, quanto temperiem nactae sunt laudabiliorem, quae eadem non parit omnes functionibus conducit hoc officii, quo fit ut si qua facultatum pendeat actionem, aut laesionem sit varietas, non ex naturae Essentia, sed variorum Instrumentorum Constitutione proficiscatur.

Ergo facultas à Temperamento.

Ferebat Guillelmus Fauconnier Trecensis. 1592.

Domini doctores disputaturi.

m. Aegidius Heron. M. Joannes Hautin. m. Joannes Rochon.

m. Joannes Beauchesne [illegible] m. Materel Myron.

[library stamp]